


A. N. 232 / V. I.




Mira Torus res est: quem vexat dulcis-
amarus

Lusus: sed Tibi sint, gaudia plura
precor!

ita vovet

Martinus Pfeiffer

Schol. Patr. Rector.



SPONSE ô Sponsorum Jesu sanctissime SPONSE!

Primus Conjugii Sacri qui sœdera sancta

Olim sanxisti inter Evamque Adamumque parentes

Nostros: Sis præsens noviter factis Neonymphis,

Sis! benedic, foveas horum, pia vincula firmes!


Immutes fontes vino; Satanam procul arce

SPONSE ô Sponsorum Jesu Sanctissime SPONSE!

Albertus Sperling

Lublin. Siles. p. r.

Sch. Barsph. Sen.



Non Te pœniteat KRALL dignissime, multum

Desudasse Scholis, pramiam namq; refers.

Castâ, pudicâ, agilic cum doseq; Sponsa labores.

Eccè Tuos dulces, Vir Reverende, facis.

Conjugium vestrum reddat DEUS optimus omni

Tempore dulce, eorum prole beosq; DEUS!

Thomas Fronius

Holtzmannô-Transylv.



Conjugibus junctis sacratô sœdere, dico

Sponsulo tum Sponsæ pectore fausta meo.

Vos DEUS alitronans foveat, servet, benedicat

Et vos insuku liberet à stygio!

Johannes Hust

Rup. Transylv.

119/101

2318

Clare KRAJ I tristitiam metusque

In mare hinc t radas Creticum protervis

Ferre jam ventis: Aquilo dolorem

Hinc flet ad Orcum.

Quis sub Areto Rex metuatur oræ

Anxiæ & gelidæ, quid & orbem

Terreat, securus in orbe Jovam

Unicè amando.

Ducibus quæ fontibus integrisqve

Degis, ô flores apricos Parenti

Nectè Fauroriquè tuo coronam

Pimplea dulcis,

Nil mei possunt sine Te labores,

Metra nil possunt sine Te: novellos

Fidibus Sponso recrea novellis

Pimplea dulcis.

Lesbio plectro Socium hunc sacrare


Te Tuas Nymphasqve decet sonare,

Sic DEUS Sponsi Thalamum sacrabit,

prole beabit.

Casparus Vayda

Casareoforeu.



Gratulor ex animo Sponso Sponsaque, Jehova


Conjugium vobis det sine labe DEUS!

Vivite felices, concordés vivite semper

Quos junxit terris jungat & axe DEUS!

Georgius Sterner

Transylv.



Elisabeth Klésia Braut

Durch versetzung der Buchstaben

Sie klebt / so halt ein Raub.

Frisch auff Herr Bräutigam! Gott hat euch schon

erhöret/

Vnd Euch von Simmels Schloß ein junge Traub

bescheret

Braut

arapp.

Traub.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
/318.1g.j./

Die Euch ergetzen wird vnd frölich machen gar/
Die Euch nicht machen wird (wie manchen) grawe Haar.
Oftt hat Melancholey Euch diese Zeit besessen/
Jetzt aber werd Ihr schon derselben gar vergessen/
Spaciren seydt Ihr oft gegangen nur allein/
Jetzt habt Ihr zum Geselln ein schönes Fräwelein.
Nach Menschen art habt Ihr gedacht in Ewrem Hertzzen/
O Liolein werd Ihr hier/ Ich wolt mit Euch schön schertzzen/
O frewd! Sie klebt Euch an wie eine Klett. O frewd!
Sie lacht/blicke/spricht zu Euch: Mein liebster Herr Ihr seydt.
So halt ein solchen Raub den Euch GOTT selbst gegeben/
Herr Bräutigam/ vnd thut in Liebesflammen leben/
Ich zweiffel nicht daran/ Ihr werd es thun mit frewd/
GOTT segne/ stärke Euch/ viel lange Jahr vnd Zeit!
Balthasar Czapka Von Kirchdrauff.

Larga manus Domini dicit Te ex arce Sionis
Florentem Thalamum semper ut aspicias,
Aspicias prolem donec Tibi vita meabit
Lætam, concelebres festaque sacra DEI.
Subscribat voto nostro DEUS optimus huicce
Quod scriptum est calamo, pectore, mente, fide!

*Simon Agnerus
Jacobitan. Transylv.*

Gaude Fautor amabilis
Quod Te participem jam DEUS efficit
Conjugii placidi, boni,
Et Te Conjugibus jam sociat suis
Hic Te protegat & regat!
Prosper sis Thalamus Tuus!
Andreas Teutschius Transylv.

Paulus Crai Sponsus

αυαγαυμ.

Canis plausus puros.

Nunc nunc & augustas Sponsam Tibi jungis ad aras,
Atque canis plausus puros Thalami pie Fautor.

Jo! mihi quets possem Tibi prospera vota vovere:
Inter vos vigeat sociæ concordia vitæ
Sient amor atque fides ad mortem larga tenaxque!
Josephus Selteneich/Casareof.

Felix Vxorem acquirit qui hoc tempore castam
Hac namq. à summo contigit ecce DEO.
Ecce Tibi castam, castis natalibus ortam
Dat jam Sponse piam. Gratia larga DEI.
Numen inexhaustum mores, vos inter amores
Conservet, ditet, prosperitate sua.
Vivite concordés, viventi vivite Christo
Cernite, corde precor, munera chara tori!
Stephanus Helvetius Cruce. Transyl.

Hic dies poscit thalami celebris
Ut DEUM laudes celebresque lætiss
Sponse, nunc tecum cano, plaudo, promō
gaudia egoque.
Præbeo votum Thalamo Tuoque
Et precor quo sis benedictus omni
Tempore hic vester torus atq; amicus
proleq; plenus!

Matthaus Sculteri Siles.

Omnipotens Dominus qui Te pie Sponse regobas,
Hic sacro semper Te regat orbe DEUS!
Ut possis sanctam cum Coniuge ducere vitam
Sitq; Tibi proles multa pia atq; proba!
Johannes Czinn Varná Poçassien.

Bella dum Mundo resonant in isto
Dum premit multos dolor, amplius amplè:
Sponse Te lætum fecit ecce Christus
dando quod optas.
O DEUS lætum, placidum quietum,
Semper hoc servet Neonymphum in orbe
Cum sua Sponsa Thalamumque castum,
Jova secundet!

Nicolaus Reichard

Dent alii vobis hadis dent munera & aurum
Quod jacet in cistis, ast ego vota fero.
Conjugium vobis felix, concorsq; piinq;
Summa DEI bonitas det sine fine precor!
Melchior Trisch Cruciburgâ Siles.

Qui bona dona Polo confert, hic servet in ævum,
Cum Sponsa Sponsum floridum & incolumem
Simon Bobovski Frisfassen. Siles.

O felix! felix! tribuat Christus Neanymphis,
Conjugium, firmet vincula sacra DEUS!
Prosperitas, Soboles, Sponsum Sponsamq; sequantur,
Atq; procul fugiant tristia cuncta precor!
O Tu Conjugii Princeps qui cuncta gubernas,
Suscipias nostros suscipias gemitus!
Andreas Reichwaldt/ Barth.

Conjunctis hodie clarò quos lumine cerno
Prospera quæ poscunt semper ab axe fluant.
Johannes Rodt/ Belen.

Cœlitus ecce Tibi Conjunx nunc mittitur, eja!
Vester per multa hic secula dures amor!
Johannes StranoVius Gibben.

Sit felix Thalamus vester, sit præside Christo
Præside nam Christo nulla pericla nocent.
Johannes Cabis.

Cura vaie! Phœbus quoniam fert jam REVERENDO
Astrifero Sponsam fidere, Cura vale!
Cura vale! Christus Sponsum Sponsamq; novellam
Conservet regat & flamine. Cura vale!
Jeremias Polani Berzevic.

Tempus adest latum quo gaudia magna parantur
Sponsis, & cessant tristia cuncta modo.

Ergo

6

11 jul.
2318
Ergo DEUS qui vos conjunxit tempore lato
In fœdus Thalami Cybareninq; jugum.
Faxit ut hac vobis sint semper tempora lata
Qua gaudens animis deliciisq; piis.
Johannes Groß/ Cæsareotor.

Ab sit a'pis Thalamo, veniat concordia Cœlo:
Ad sit a'pus Sponsis adsit ubique DEUS!
Franciscus Privalski

Conjugium vestrum sit felix blandum & amicum,
Conjugium vestrum pace beet Dominus!
Conjugio vestro cœlum det munera & aurum
Conjugium vestrum prole beet Dominus!
Johannes Adami Argen.

Eheu quam felix illuxit gratia KRAJO,
Latus namq; subit vincula sacra tori!
O vivas latus dignissime Sponse per annos
Multos, Conjugio Te DEUS ipse beet!
Johannes Geibretshaser/ Libet.

Sit Torus hic semper felix, fructusq; sequantur,
Una sit & vobis mens, amor atq; fides!
Martinus Removius Barth.

Vita, Salus, Soboles, Sors felix, gloria terris
Cum Sponso & Sponsa sit maneatq; diu!
Franciscus Plachta.

Exemplo Patrum cum ducis Conjugem amicum
Sponse Tuus Christus Dux & amator eris.
Johannes Spaniel Siles.

Musica dulcis amor, sed dulcior ELISABETA
ERPAULO KRAJO, sit, maneatq; precor.
Adamus Scultzei Siles.
Elisabet

7

Elisabeth Klossinn Braut

Durch versetzung der Buchstaben gibe
den folgenden Spruch:

Salb' in Kloster ein Taube. (h)

Du Priester Gottes sein / Du salbest mit dem Wort
Die fräncken Herzen stets in deiner Kirchen Pfort,
In Kloster ist ein Taub / dein allerliebste Taub /
Drumb salb' vnd säume nicht / auch dein Hertzliebste Taub /
GOTT woll Euch salben selbst mit seinem guten Geist /
Nun lebt im Segen lang / vnd GOTT von Herzen preist.
Georgius Demian Belen.

Hinc DEUS à vobis procul hinc, quæ tristia, pellat
Vos DEUS hic factat læta videre diu!

Jacobus Strenck Freystat. Sil.

Sponsus cum Sponsa vivant feliciter omni
Tempore, Conjugibus munera detq, DEUS!

Georgius Rodt/Belen.

Qui dedit hic Bariphæ Sponsâ, cum munere Sponso
Hic pacem, Sobolem Conjugibusque dabit,

Israel Demiter Belen.

Christus qui in Cana ditavit munere Sponsum
Idem Conjugibus commoda mille ferat!

Johannes Franck Belen.

Multa salus Sponsis sit, pacem poscimus omnes
Sponsis, pax Sponso trux petat ira feras.

Johannes Sulcovius.

Sanctum, pacificum, fecundum Conjugium sit
Vestrum, vos terris sumat ad astra DEUS!

Gabriel Lané

Conjuncti sanctè sanctos servabit in orbe
Sponso Jova potens, pellet & omne malum.

Johannes Zarevntius Bactpuz.

12. jul.
VIRO
Clarissimo, Pereximio atq; Doctissimo
DN. M. ISAACO
ZABANIO,

Lycei Eperiensis Con-Rectori laudatissimo,
Acerbam Viduitatis sortem,
felici Matrimonio,

cum
Nobilissimâ & Virtutibus exornatissima Virgine,

REGINA,

Nobilissimi, Amplissimi atq; Prudentissimi Viri,

DN. JOHANNIS Stürbis / Organædi quondam ac Tribuni-
Plebis Reipublicæ Cremniczensis famigeratissimi,

nunc verò

Generosi, Consultissimi, Spectatissimi, Experientissimiq;

DN. JOHANNIS WEBER,

Sacratissimæ Cæs. Regiæq; Maj. per Hungariam Superi-
orem Pharmaceutæ ac Medici perpetui, h. t. Reg.

Libq; Civitatis Eper. Judicis,

lectissimâ Filia,

commutanti

Ipso Nuptiarum die 13. Novembris

A. O. R. CIO IDC LXIII.

fraternè ac observanter

congratulantur

Rector, Collegæ & Auditores Lycei Eperiensis.

Lemischovia, Typis Laurentij Brevori.